Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



eum omnes angeli eius: laudate
eum omnes virtutes eius. Lau
date eum sol et luna: laudate eum
stelle et lumen. Laudate eum celi
celorum: et aque que super celos sunt
laudent nomen domini. Quia ipse
dixit et facta sunt: ipse mandauit et
creata sunt. Statuit ea in seculum et
in seculum seculi: preceptum posuit et non
preteribit. Laudate dominum de terra:
dracones et omnes abysci. Ignis
grando nix glacies spiritus procellarum:
que faciunt verbum eius. Montes
et omnes colles: lignum fructiferum
et omnis cedrus. Bestie et universa pecora
: serpentes et volucres penate
Reges terre et omnes populi: prin
cipes et omnes iudices terre. Iuue
nes et virgines senes cum iuniori
laudent nomen domini: quia exaltatum
est nomen eius solius. Con
fessio eius super celum et terram: et ex
altauit cornu populi sui. Ymnus
omnibus sanctis eius: filiis israel populo
appropinquantibus sibi. Cantate do
mino canticum nouum: laus eius
in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo
qui fecit eum: et filie sion exultent
in rege suo. Laudent nomen eius
in choro: in tympano et psaltrio psal
lant ei. Quia beneplacitum est domino
in populo suo: et exaltauit mansuetos
in salutem. Exultabunt sancti in
gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eorum:
et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam uindictam in na
tionibus: increpationes in populis. Ad
alligandos reges eorum in compedibus:
et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut
faciant in eis iudicium conscriptum:
gloria hec est omnibus sanctis eius. Lau
date dominum in sanctis eius: laudate
eum firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eum secundum multitudinem
magnitudinis eius. Laudate
eum in sono tube: laudate eum in
psalterio et cytharam. Laudate eum
in tympano et choro: laudate eum
in cordis et organo. Laudate eum
in cymbalis bene sonantibus. Laudate
eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. Ant.
Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat
qui est et qui venturus est. Capitulum.
Gaudete perfecti estote idem sapi
te pacem habete et deus dilectionis et
pacis erit vobiscum. Vel de dominica.
Ecce iam noctis tempestas intuit. Ymnus
Aurora lucis rutilans choruscat nubibus tonitrumque omnes
omnipotentem. Ut deus nostri miseratus
omne pellat languorem ibuat salutem
donet et nobis pietate pius regna poli
Prestet hec nobis certitudo beata pius ac
natus pariter sancto spiritus cunctis roborantur in
gloria mundo Amen. In matutinis dominicis.
Benedictus dominus deus israel: quia
visitauit et fecit redemptionem
plebis suae. Et erexit cornu sa
lutis nobis: in domo dauid puri
sui. Sicut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophetarum eius. Sa
lutem ex inimicis nostris: et de manu
omnium qui oderunt nos. Ad fa
ciendam misericordiam cum patribus nostris:
et memoriam testamenti sui sanctum.
Iusiurandum quod iuravit ad
ham patrem nostrum: datus se nobis.
Ut sine timore de manu inimicorum
nostrorum liberati: seruiamus illi. In